Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

multis sermonibus. Ip-
se uero nichil ei responsum
Stabant autem principes
sacerdotum et scribe con-
stanter accusantes eum
Spernit autem illum
herodes cum exercitu
suo. et illusit indutum
veste alba. et remisit ad
pylatum. Et facti sunt
amici pylatus et hero-
des in ipsa die. nam
antea inimici erant
ad inuicem. Pylatus
autem conuocans prin-
cipes sacerdotum et ma-
gistratus et plebem dixit
ad illos. Obtulistis mi-
hi hunc hominem quasi
auertentem plebem. et ecce
ego coram uobis interro-
gans eum. nullam cau-
sam inuenio in homine
isto ex his in quibus eum
accusatis. sed neque he-
rodes. Nam remisi uos
ad illum. et ecce nichil
dignum morte actum
est ei. Emendatum ergo
illum dimittam. Ne-
cesse autem habebat di-
mittere eis pro festo
unum uinculum que
uoluissent. Exclama-
uit autem simul uniu-
sa turba dicens. Tolle
hunc et dimitte nobis
barabam. Qui erat